

regularium Prelati suo desunt officio circa ipsorum correctionem, si admittunt intra sex menses non correxerint monachos subditos, tunc Episcopi ut Sedis Apostolica delegati corrigeret & visitare possint, prout posset eorum Prelati regulares, iuxta eorum instituta; non obstantibus quibuscumque appellationibus remotis. His aperte quadam Synodi Chalcedonensis Can. IV. & Trullana Can. 42.

Cap. IV. Ejusdem sessionis VI. Capitula Cathedralium & aliarum majorum Ecclesiarum, illorum persona nullis exemptionibus, consuerudinibus, sententiis, iuramentis, concordis, que tantum suos obligent autores, non etiam successores, tueri se possint, quoniam a suis episcopis, & aliis majoribus prelatis, per seipso solos, vel illis quibus sibi videbitur adjunctis, iuxta canonicas sanctiones, roties quies opus fuerit, visitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apostolica possint & valeant.

Qua occasione visum est hic subjecere tit.
Collectanea de potestate Episcoporum.

15. Sacrum Concilium Tridentinum e republica Christiana tanti esse duxit illam, quam Christus Dominus noster ad regimen Ecclesie suae Episcopis contulit potestatem, integrum illibatique servari, ut predicta sessionis VI. cap. IV. omnes cessare voluerit diminutiones, que vel temporum præscriptionibus, vel anterioribus judicis aut transactionibus fuerint introductæ, ne per ejusmodi prætextus & evasions licentia delictorum augeretur, & scandala impunitate crecerent aucto- furentur. Eademque faciens Synodus haec enunciaverit sess. XXIV. de reor. c. VI. Prærogativa & exemptiones, que variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum jurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vita præbere dignoscuntur.

Sic enim Hierarchicus perturbatur ordo, inferiores Superioribus suis insultant, eorumque regimini subfus detrectant, atque deformis anarchia intra Ecclesiam introducuntur. Ad sanctuariorum pondus expendenda sunt hac Apostoli Pauli monita, que habentur Actuum Apost. c. 20. Attende vobis & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus & Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Si ea potestas attestante Apostolo a Spiritu sancto instituta est, spectat ergo ad Ius Divinum istud Ecclesiarum sub propriis Episcopis regimen, ideoque par est inviolabile conservari. Idemque Apostolus haec scribit ad Titum Cretensem Episcopum: Hujus gratia reliqui te Creta, ut ea quae desunt corrigas, & constitutas per civitates Presbyteros, sicut dispositi tibi. Idemque ad Timotheum Ephesinum Episcopum: Adversus Presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duabus aut tribus testibus: peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habent.

16. Hoc institutum a Spiritu sancto exorsum, & ab Apostolis acceptum, sancti Apostolorum Discipuli sollicito studio conservaverunt. Sanctus marty Ignatius nihil tam frequenter urget quam ut Presbyteri, Diaconi, ceteraque Clerici simul & Ilici Episcopis suis obtemperent, in epistolis suis ad Polycarpum, ad Magnesios, ad Philadelphiens, ad Trallianos. Additum in epistola ad Smyrnæos, non Iiceri in Ecclesia quidquam gerere citra veniam Episcopi. Præterea sic jubet Apostolorum canon XL. Præcipimus, ut Episcopus res Ecclesie in potestate habeat: nam si pretio hominum anime ejus fidei committenda sunt, multo uique magis oportuerit & de pecunia mandatum dare, ut illius arbitratu dispensentur. Sanctus quoque Christi marty Cyprianus epif. 34. Clerico subjectaque plebi mandat, ut Celeriho & Numidico Lectoribus patrem cum Presbyteris oblationum partem erogent, dicens: Ceterum Presbyterii honorem designasse nos ipse jam sciat, ut & spiritus noster cum Presbyteris honorentur, & divisiones mensuras aquatis quantitatibus partiantur. Concilia Nicenum can. 5. Antiochenum item 5. & Sardicens can. 13. sanciunt Clericos debere esse subiectos proprii Episcopis, a quibus si retractari sint, excommunicari possint, & sic excommunicati quoconque se conserant, nullatenus ad communionem possint ab illo alio admitti, donec a proprio, qui ligavit, Episcopo exolvantur, aut a provinciali Synodo, si ad eam appellaverint. Antiochenus can. 5. ve- rat Clericis sine litteris Episcopi peregrinari, aliqui deponendis gradu suo, canones Apostolorum 15. 16. & 32. Synodus Sardicens 16. 18. & 19. prohibent, quemquam Presbyterum, Diaconum aut Subdiaconum in ministerium aut communionem recipi, si sit alterius dioecesis, sine Episcopi proprii commendatione litteris; quemquam in Clerum admitti vel ordinari sine ejusdem dimissoris. Eadem iterat prohibitions Concilium Carthaginense primum sub Julio Papa can. 5. Eo pariter respicit Concilium Trident. sess. 22. in decreto de observandis & evitandis in celebratione Missæ, hinc ver-

bis: Deinde ut irreverentia vñetur, singuli Episcopi in suis diocesibus interdicant, ne cui usq; ignoto Sacerdoti Missas celebrare liceat. Et sess. 23. de reform. c. 8. Unusquisque antem a proprio Episcopo ordinetur. Quod si aliquis ab altero Episcopo promovetur petat, nullatenus id ei etiam cuiusvis generalis aut specialis rescripti vel privilegi prætextu statis temporibus permittatur, nisi ejus probitas ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.

17. Chalcedonensis Synodus Canon IV. cunctis monachis prohibet novas erigere Ecclesias, aut monasteria, aut oratoria in iussu Episcopi, cui etiam eosdem monachos lubet esse obtemperantes ac morigeros. Idem iterat decretum canon Agathensis 58. & Justiniani Augustini constitutiones Auth. de Ecclesiæ titulus, §. si quis autem, & Authen. de monachis §. 1. & Authen. ut nullus fabricet orat. præter voluntatem Episcop. Similiter Aurelianense Concilium III. citatum in decreto, de consecr. dist. 1. c. nemo Ecclesiæ: & insuper c. auctoritate, de privil. in 6. eamdem iterant prohibitionem.

18. Qnō attinet ad Ecclesiarum oblationes, Concilium Aurelianense III. totius Galliæ nationale anni 540. tempore Vigili Papæ regnante Childeberto sic statuit can 5. Si que oblationes in quibuslibet rebus arque corporis collacra fuerint Basilicis in evitabilius constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur, & in ejus sit arbitrio, quid ad reparacionem basilica, aut ob servientium ibi substantiam deputetur. De facultatibus vero parochiarum, vel basilicarum in pagis civitatum constitutis, singulare locorum consuetudo servetur. Huc refer superioris allegata ex Cypriano, & canone Apostolorum.

19. De correctionibus autem hominum item Aurelianense tertium Concil. can. 11. ita decernit: Si qui Clerici ministeria suscepit quacunque occasione agere sicut & reliqui derelicti, & excusatione de patrociinis quorundam, ne officium implant, pretendant, ac Sacerdotes suis (intelligit proprios Episcopos) sub hujusmodi causa detestant, atque deformis anarchia intra Ecclesiam introducuntur. Ad sanctuariorum pondus expendenda sunt hac Apostoli Pauli monita, que habentur Actuum Apost. c. 20. Attende vobis & universo gregi, in quo vos posuit Spiritus & Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Si ea potestas attestante Apostolo a Spiritu sancto instituta est, spectat ergo ad Ius Divinum istud Ecclesiarum sub propriis Episcopis regimen, ideoque par est inviolabile conservari. Idemque Apostolus haec scribit ad Titum Cretensem Episcopum: Hujus gratia reliqui te Creta, ut ea quae desunt corrigas, & constitutas per civitates Presbyteros, sicut dispositi tibi. Idemque ad Timotheum Ephesinum Episcopum: Adversus Presbyterum accusationem noli recipere nisi sub duabus aut tribus testibus: peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habent.

20. Hui suffragant posteriora Gallicana jura. Aurelianensis enim Caroli IX. constitutio anni 1560. in Comitiis regni art. II. sic edicit: Statuimus, omnes & singulare Canonos & Capitula tam regularia, quam secularia, sive Cathedralia, sive collegiatarum Ecclesiarum, indiscriminatim subjici Episcopo Dicesano, nec ullo poteri prærogativa possit exemptionis ab Episcopali visitatione, aut delitorum pena & animadversione. Idem etiam Rex Carolus mittens suos ad Tridentinum Concilium Oratores, in scripto, quod eis mandavit, commonitionis, art. 26. haec habet: Restituantur Episcopis intra omnem dicemus Ecclesiastica jurisdictiones, & omnes tollantur exemptiones. Cui articulo conformatur prefatum cap. 4. Trid. fest. 6. & olim c. cum non licet, de praefecti statuens subiectos nullo tempore praescibere contra obedientiam Prelatis debitam. Denique Carolus Fevretus Gallicanus Jurisconsult. tract. de abuso lib. 3. c. 3. S. 12. regulas colligens discernendarum legitimarum appellationum ab illegitimis, sic docet in regula 10. Ejusmodi est, jus publicum Episcopalis jurisdictionis violari per exemptiones a potestate & jurisdictione Ordinariorum, per inordinata privilegia legitimorum Superiorum iuribus derogantia, debiteque subjectioni tam Canonorum, quam Regularium, ex quibus nulla in Ecclesiæ dimanat utilitas: sed ex adverso contentiones, rebelliones, & perpetuae litiges cum scandalo inter exempta Capitula & Ordinarios. Idcirco supradicta regni Curia in hoc elaborant, quemquam Presbyterum, Diaconum aut Subdiaconum in ministerium aut communionem recipi, si sit alterius dioecesis, sine Episcopi proprii commendatione litteris; quemquam in Clerum admitti vel ordinari sine ejusdem dimissoris. Eadem iterat prohibitions Concilium Carthaginense primum sub Julio Papa can. 5. Eo pariter respicit Concilium Trident. sess. 22. in decreto de observandis & evitandis in celebratione Missæ, hinc ver-

SESSIO VII.

Et prosecutio Tridentinorum Decretorum,

21. Ad consummationem salutaris de justificatione doctrinæ, quæ in precedenti proxima Sessione promulgata fuit, consentaneum visum est de sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera justitia vel incipit, vel excepta augetur, vel amisa reparatur. Hujus itaque sessionis 7. can. 1. hæc definit:

Si quis dixerit, Sacra menta novæ legis non fuissent omnia a Je[us] Christo Domino nostro instituta, aut esse plura vel pauciora quam septem, videlicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem, non esse vere & proprie Sacramentum; Qui enim legem implerit, non est sub lege, sed cum lege: qui autem sub lege est, non sublevatur, sed premittit lege. Omnes itaque homines sub lege constitutos reos facit lex: & ad hoc illius super caput est, ut offendat illius peccata & non tollat. Lex ergo jubet: dator legi misericordia in eo quod iubet lex. Conantes homines implere viribus suis quod a lege preceptum est, ipsa sua temeraria & precipiti presumptione cedderunt. Et quoniam suis viribus implere non poterant legem, facti rei sub lege imploraverunt Liberatoris auxilium: Veniat Medicus & sanet aegrotos. Medicus quis? Dominus noster JESUS CHRISTUS. Hactenus Augustinus.

Can. VI. Si quis dixerit, Sacra menta novæ Legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signata tantum extera sint accepte per fidem gratis vel sub lege, & nota quedam Christiana professionis, quibus apud homines discernantur fides ab infidelibus; anathema sit.

Can. VIII. Si quis dixerit, per ipsa novæ Legis Sacra menta ex opere operato non conferri gratiam; sed solam fidem divine promissionis ad gratiam consequendam sufficeret; anathema sit.

Can. IX. Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo, Confirmatione & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spiritualis indelebilis, unde ea iterari non possint; anathema sit.

Can. XIII. Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in sollemni Sacramentorum administratione adhiberi confessos, aut contemni, aut sine pœnitate a ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quicunque Pastorem Ecclesiarum mutari posse; anathema sit.

DISSERTATIO THEOLOGICA

De Gratia Sacramentorum.

Unanimi totius Ecclesiæ consensu distinguitur gratia Sacramentorum Legis veteris ab ea, quam conferunt novæ Legis Sacra menta, hoc discrimine, quatenus Legis tantum naturalis, tum Mosaica Sacra menta nullam ex vi propria gratiam seu justitiam in sufficiente operabantur, sed ex vi dumtaxat religiosorum actuum, quos suscipiens producebat, si adulst erat ac rationis compos, vel administrans, si is, cui conferebat, vel infant vel alter erat rationis incapax. Exempli gratia, vel circumcisio a tempore Abraham, vel quivis alius religiosi animi actus ad hunc effectum destinatus, inter fideles jam usque ab Adami ætate ad originalis culpæ remissione, præter nudum exterioris operis exhibitionem hoc exigebat, ut mens hominis pium quendam erga Deum affectum aut depreciationem aliquam emitteret: cum tamen in Evangelica Lege ex institutione Salvatoris Christi, quilibet infans per sacram lavacrum de manu cuiuslibet, etiam infidelis & minime baptizati, vel heretici suscepit, qui etiam nihil aliud intendat, quam liberam Ecclesiastici baptisimi exhibitionem, vera re ipsa justificetur.

Ceterum haud plane compertum est remedium, quo utebantur fideles sub Legi veteri viventes, antequam Abramio ejusque proli Circumcisio, neque infantes immaturæ ante octavum diem decedentes. Quinerunt neque in concusa certitudine confitit peccati remissione fuisse Circumcisio affixam. Philo namque Judeus in libro de Circumcisione proficitur, sibi esse propositum omnes Circumcisio a Majoribus sue gentis acceptas causas investigandi, & cum multipliciter proferat, nihil tamen meminit peccati Adamic pro pos teros derivati. Flavius etiam Josephus ejusdem religionis peritissimus Presbyter lib. 2. Antiqu. Judaic. cap. 12. non aliam hujusc ritus assignat causam, quam ut posteritas Abrahami hoc viñi signo a reliquis gentibus discerneretur. Fuere tamen post sanctos Prophetas Judaicæ Theologia scientissimi, neque eos latebat originalis culpe in omne hominum genus propagatio, cui testimonium peribent sacri veteris instrumenti libri.

Maximum ac præcipuum inter Legem veterem novamque discrimen istud est, quia neminem per se vetus Lex justificabat, quidquid aciem gratiarum Sanctis olim sub Legi viventibus Divina liberalitas induxit, id omne per anticipationem ab Evangelica Lege natu sunt, ad quam

illos Deus voluit pertinere. Quia mente de Judas loquens hac dicit Ezechiel. 20. V. 25. Dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non vivent. Et Apostolus Paulus Galat. 4. V. 9. Sacrificia, caræmonias & sacra menta legalia vocat infirma & egema elementa: Docetque, præscam legem non nisi in servitutem, atque ex adverso Evangelium in libertatem filiorum DEI generare. Idemque 2. Cor. 3. Legem nomine designat litteræ occidentis, foliæ Evangelio spiritum attribuit vivificantem, & Joann. 1. hoc assertur: Lex per Moysen data est, Gratia & Veritas per Jesum Christum facta est. Id vero affirmari non potest, si legalia Sacra menta animas sanctificant propria & insita sibi virtute. Hunc exponens locum Augustinus tract. 3. in Joann. hæc dicit: Quis dedit legem? Ille dedit legem, qui dedit & gratiam. Sed legem per servum misit, cum gratia ipse descendit. Et unde facti erant homines sub lege? Non implendo legem, Qui enim legem implet, non est sub lege, sed cum lege: qui autem sub lege est, non sublevatur, sed premittit lege. Omnes itaque homines sub lege constitutos reos facit lex: & ad hoc illius super caput est, ut offendat illius peccata & non tollat. Lex ergo jubet: dator legi misericordia in eo quod iubet lex. Conantes homines implere viribus suis quod a lege preceptum est, ipsa sua temeraria & precipiti presumptione cedderunt. Et quoniam suis viribus implere non poterant legem, facti rei sub lege imploraverunt Liberatoris auxilium: Veniat Medicus & sanet aegrotos. Medicus quis? Dominus noster JESUS CHRISTUS. Hactenus Augustinus.

Quarat forsitan aliquis de Joannis Baptista Praecursoris Baptismate, quod erat in utriusque Legis veluti confitio, quodque ajunt divina Scriptura fuisse Baptismum spiritualiter in remissionem peccatorum: quodque explicite Christum venturum profitebatur? Hæc enim alleverat Apostolus Paulus Act. 19. V. 4. Ceterum Joannes ipse praecursor questionem definit dicens, Marci 1. & Luc. 3. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritus sancto. Ipseque Paulus Act. 19. eos, quos sciebat a Joanne baptizatos, Christi Baptismo abiit.

Baptismus Christi ceteraque Ecclesiæ Sacra menta fuere præfigurata in Piscina illa probatica, cujus est in Evangelio Joannis mentio. Ejus enim aqua contactus quamcumque sanabat corporis ægritudinem, postquam e cœlo descendens DEI Angelus aqua mœverat. Simili modo aqua Baptismi Christi, ceterorumque Sacramentorum sensibilia figura mortis medentur animarum, per adventum Spiritus sancti te Creta missi. Itam cum Piscina similitudinem obseruant præse Ecclesiæ Patres, Tertullianus tract. de Baptismo cap. 4. Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto cap. 7. Cyrillus Alexandrinus, Chrysostomus & Theophylactus in Joann. c. 5. Atque ut innumeræ Scripturarum & Patrum prætermittant tæstifications, addicimus ex Concilio Florentio in instructione Armenorum, & ex Tridentino sess. 7. can. 8. conferri gratiam ex opere operato in Ecclesiæ Sacramentis, quam legalia nequitam obtinebant.

Disputant in scholis Theologi orthodoxy, quidnam rei fit Gratia sacramentalis? Aut quidnam additur per illam ad habitu[m] seu sanctificante[m] gratiam, quæ omnibus communis est Ecclesiæ sacramentis: Omnes propemodum adspicuntur sancto Thomæ dicenti, gratiam singulis Sacramentis peculiares non infundi per modum habitus permanentis: sed in quibusdam auxiliis confitentes, que transitoria sunt, atque indulgentur & iterantur certis quibusdam & opportuni temporibus, occasionibusque, ex vi particulari suscepit sacramenti ad ejus consequendum effectum & fructum. Hæc ille docet 3. p. Summa, q. 62. art. 2. Ex quoque collimatis videtur Tertullianus hæc dicens lib. de refut. car. Caro abiluit, ut anima emaculetur: caro unguit, ut anima concrebet: caro signatur, ut anima maniatur: caro manus impositione adumbratur, ut anima spiritu illuminetur: Caro Corpore Christi & Sanguine vestitur, ut anima de Deo saginetur. Sed ut clarior perspicuitate celebris doctrina elucidetur in singulis, tenendum est, gratiam baptismalem esse vim quamdam gratia habituali superadditam ad novam instituendam vitam, eique se conformandum, cuius per baptismum filii efficiuntur. Gratiam etiam Confirmationis robuste addere internum ad fidem quoconque discrimine profundam. Gratiam quoque Eucharistie ex propria & intrinseca ratione animum interiori suavitatem, Spiritus pingue, viætricique delectatione perfundere. Gratiam Pœnitentie spiritum compunctionis ingenerare, atque peccati horrorem inspirare. Gratiam Extreme-unctionis vim quamdam ingenerare tum ad mitigandos corporis infirmi dolores, tum ad languores animi delinquentes, tum ad ultimos astuti tentatoris conatus infingendos. Gratiam Ordinis singulari sacram Ministris virtutem indire a factas functiones sancte religioseque obeundas, vitæque castimoniam obtinendam. Denique Matrimonii sacramento gratiam infundi libidinis refracta,